

72 c Scias etiam, quod Senatus,] Adde, quod ¶ Nell. in tract. bannit. 3. part. secundi temporis, quaestione 38. numero 14. tenet, quod remissio possit probari per testes, quem refert, & sequitur Caraut. in ritu 275. numero 15. cum sequent. ubi dicit, hoc esse verum de iure communi, illud comprobans, quia multi sunt casus, in quibus de necessitate requiretur scriptura, vt patet ex gloss. cap. 1. §. post. de cōf. quae enumerat vigintinovem: & Specul. de instrument. edit. §. restat. versiculo sed si vnus, & non repetitur casus iste, & ita in terminis tenet Catald. de syndicat. quaestione nonagesimanona, quem refert Vulpell. in tractatu de pace, quaest. 66. subdens tamen, quod Curia pacem, nisi instrumento probetur, admittere non consuevit; & quod vidit feruari in curia Urbini, Marchiae, Perusij, & Romae illud, quod feruatur in statu Mediolani, sed quod est contrarium de iure Regni per dictum ritum, quo disponitur, quod duobus modis constare debet Curiae de remissione partis offensae, vel quod querelans ipse accedat ad iudicem, & dicat, quod non vult iustitiam de denunciat, vel quod apparer carper instrumentum publicum de tali remissione, & vt tollantur fraudes, fuit prouisum per Regiam pragmaticam, incipien. vna de las causas, quod remissiones debeant fieri per instrumentum coram Iudice.

Item adde hic incidenter: quod instrumentum pacis, nec alius actus exterius est necessarius cum inimico pro salute animae paciscentis, siue iniuriam remittentis, sed sufficit dilectio, & sacerdos tenetur absolue contentem, licet nō velit peruenire ad actum exterioris pacis. Odd. de restitutione in integrum, quaestione 85. articulo septimo, numero quinquagesimo quarto, contrarium autem tenuit Ludouicus de Beia. in respon. Casuum Conscientiae, casu decimo; sed ego audiui, quod vtraque opinio seruatur secundum voluntatem Episcoporum. Baiard.

d Si tamen Senator.] Vulpell. resp. 55. vbi etiam quomodo differat a reconciliatione. Ros.

73 de iure Regni per dictum ritum, quo disponitur, quod duobus modis constare debet Curiae de remissione partis offensae, vel quod querelans ipse accedat ad iudicem, & dicat, quod non vult iustitiam de denunciat, vel quod apparer carper instrumentum publicum de tali remissione, & vt tollantur fraudes, fuit prouisum per Regiam pragmaticam, incipien. vna de las causas, quod remissiones debeant fieri per instrumentum coram Iudice.

Item adde hic incidenter: quod instrumentum pacis, nec alius actus exterius est necessarius cum inimico pro salute animae paciscentis, siue iniuriam remittentis, sed sufficit dilectio, & sacerdos tenetur absolue contentem, licet nō velit peruenire ad actum exterioris pacis. Odd. de restitutione in integrum, quaestione 85. articulo septimo, numero quinquagesimo quarto, contrarium autem tenuit Ludouicus de Beia. in respon. Casuum Conscientiae, casu decimo; sed ego audiui, quod vtraque opinio seruatur secundum voluntatem Episcoporum. Baiard.

d Si tamen Senator.] Vulpell. resp. 55. vbi etiam quomodo differat a reconciliatione. Ros.

QVÆST. LIX.

Quid si reus per gratiam à Principe liberatus fuerit.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Vbi reus exhibet gratiam sibi à principe concessam, non est ulterius molestandus.
2 Princeps supremus potest pœnas delictorum remittere, tã corporales, quam pecuniarias, etiam post sententias in iudicium transactas.
3 Potest etiam pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularium personarum absque earum consensu.
4 Regulariter princeps non concedit gratiam delictorum, nisi præuia partis remissione.

e P. N.] Vide Mastrill. de indultu, cap. 24. num. 43. 44. & 55. Ros.

f Nunquid iudex.] Intellige, quod iudex non potest partes componere, antequam delinquens non fuerit legitime punitus, Matth. in commun. opin. diuersi. folio mihi 344. ver. licet 2. ad idem, & per Iacobum de S. Georg. in l. tranfigere. in fin. C. de transactio. & in l. si verò, in prin. Giach.

g Aequitatis enim ratio non patitur vt quis cogatur inuitus offensam remittere, præterquam in foro penitentiali. Debet ergo iudex suadere, nō cogere subditos, vt pacem faciant. Vide, quae dixi supra libr. 2. §. Iudex.

sequitur Deci. in conf. 42. sub num. 6.
77 Item ¶ adde, quod sunt triginta, quae ab hominibus tolluntur, & pacem impediunt. Lucas de Penna, in lege prima, in verbo pacis, in quinta quaestione, C. de public. l. etur. libro duodecimo, Archidiaconus in capitulo nulli, 25. quaestione prima. Baldus in prohemio decretal. & Gloss. in capitulo ad Apostolic. de re iud. libro sexto. Abbas in capitulo fin. de restitutione spoliatorum, in tertia columna, ponat sex casus, propter quos non seruatur pax.

78 Item adde, an iudex possit cogere partes ad concordiam, quando de lite graui scandalum timetur, latè per Luc. de Pen. in l. 1. nu. 11. C. de Irenar. lib. 10. Baiard.
g Aequitatis enim ratio.] Farin. q. 107. allegata in princ. art. 1. nu. 30. Ros.
h §. Iudex.] Quomodo autè violetur, vide Vulp. conf. 51. conf. 8. nu. 2. conf. 67. nu. 5. & conf. 82. nu. 11. Ros.

- 5 Ille, cui princeps dicit, Facio tibi gratiam pro delicto, an recuperat bona.
6 Et an recuperet etiam bona alienata.
7 Et an recuperet etiam fructus.
8 Et an hereditatem alteri delatam.
9 In imperatione gratiae exprimenda sunt ea omnia, quae principem ab ipsius gratiae concessione retrahere potuissent.
10 Gratia a principe concessa debent à senatu approbari.
11 Decreta gratiosa an trahantur ad delicta futura.
12 Et an ad delicta commissa sub spe decreti.
13 Et an comprehendant condemnatos pro crimine falsi.
14 Et an prosint carceratis.

Ex Additionibus.

- 1 Absolutus, vel gratiatus per Regem, vel Locumtenentes contra expressam formam decreti vel statuti, non debet puniri sed relaxandus est, ne sub fide regia decipiat.
2 Bannitus ex crimine infami, si cancellatur simpliciter, intelligitur etiam restitutus ad famam.

Lim.

- 3 Lim. nisi esset conuictus per aliud genus probationis, quae ex contumacia.
4 Item nisi fuisset cancellatus, quia soluisset pœnam.
5 Gratius de delicto, an censeatur restitutus ad famam, & honores, remissiuè.
6 Princeps an possit remittere pœnam applicandam parti.
7 Princeps, in casibus, in quibus non potest remittere pœnam applicandam parti, potest imponere parti silentium, & ei denegare audientiam.
8 Dominis duobus existentibus, quorum vnus habeat ex conuentione regimen pro duobus annis, non potest remittere pœnam bannitis ad dictam conuentionem.
9 Gratia non probatur per testes, sed per scripturas.
10 Et quid de gratia facta ab inferiori. Gratia, quae nō est contra, sed secundum ius, potest probari per testes. Item si gratia semel scripta casu fuerit amissa. Et plus fuisse dictum, quam scriptum.
11 Gratia facta mediante pecunia an dicatur verè gratia. Et an renouari possit, num. eod.
12 Gratia facta a bannito, non tamen ad hoc munita sigillo, si bannitus sub eius dycpeo reuertatur, non potest puniri, sed debet curare sigilli appositionem.
13 Gratia concessa verbotenus, an expiret per mortem concedentis.
14 Et quid seruetur in Curia Romana.
15 Princeps omnes pœnas potest remittere, & augere. Gratia a Principe concessa pro delicto in suo territorio commissio, non eximit delinquentem a pœna in alio territorio imponenda, num. eod.
16 Princeps an possit gratiare homicidam ex animo delibato.
17 Barones non possunt consulto Principe gratiare bannitos. Et iam si bannum non recepisset perfectionem, ibid. Etiam si de innocentia banniti constaret, ibid. Et in condemnatione ex causa civili, ibid.
18 Limit. quando bannitus plures bannitos apprehendisset.
19 Iudex quando possit gratiare bannitos, remissiuè.
20 Barones, licet habeant merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, non possunt gratiare post sententiam.
21 Barones Regno Neap. gratiant vassallos ante sententiam, & parte concordata.
22 Princeps Bisiniani potest componere etiam parte non concordata.
23 Barones prædicti componunt post sententiam, si ab ea fuerit appellatum.
24 Etiam quod esset causa introducta in magna Curia Vicaria si habent primas, & secundas causas.
25 Barones prædicti non cognoscunt de crimine hæresis, læsæ Maiestatis, & falsæ uonete.
26 Compositiones non fiunt in Regno Neapolitano pro nefando vitio, & blasphemia.
27 Compositiones quomodo sint faciendae.
28 Barones abuentes potestate in gratiando vassallos, possunt priuilegijs priuari.
29 Gratia concessa de facto, non prodest, nisi obtinens credidisset concedentem habere potestatem.
30 Potestas gratiandi Principi reseruata, nō censeatur translata in feudatarium generaliter de Regalibus inuestitum.
31 Barones non possunt remittere pœnam infamiae.
32 Nec concedere gratiam nisi ad pœnam eis applicandam.
33 Episcopus non potest gratiare condemnatum ad perpetuam carcerem.
34 Barones quando possint facere gratias, remissiuè.
35 Banniti capitaliter in statu ecclesiastico non possunt rebanniri per gubernatores, & alios officiales.
36 Etiam si essent banniti pro homicidio casuali.
37 Princeps quando possit remittere iniuriam, & dāna alterius pro bono pacis.
38 Princeps non potest remittere pœnam parte non concordata.
39 Et quando id possit, remissiuè. Et quando partes possint cogi ad pacem, remissiuè, ibid.

- 40 Princeps quando possit pœnam remittere.
41 Et quid de iudice ordinario, vel delegato.
42 Princeps remittens pœnam nō concordata parte, mortaliter peccat.
43 Et quid in multa ex vera contumacia. Farinac. impugnat, ibidem. (parte.
44 Compositio non potest fieri in Regno Neap. non concordata Et requiritur pro forma, vt remissio præcedat, ibid. Et quid si pars non querelauerit. Et quid in transactionibus.
45 Nisi delictum fuerit commissum in persona incognita.
46 Remissio in d. Regno non potest fieri per procuratorem sine speciali mandato, & quare.
47 Et quando debeat fieri, remissiuè.
48 Et an sufficiat remissio solius offensi.
49 Et quomodo de ea constare debeat. Et non præcedente partis remissione, officiales non possunt facere causae relationem ad instantiam petentium compositionem, num. eod. Compositio facta contra formam prædictam est nulla, & ea non obstant, compositus debet condemnari, num. eod.
50 Et si fiat sine remissione partis, ad quas iudices sit reuertendū, remissiuè. Et an ipsemet iudex, qui composuit, possit compositionem reuocare, num. eod. Et datum pro compositione erit restituendum, ibid. Nullitas ex iisdem actis à quocunque iudice, & inferiori potest recognosci, ibid. Et an teneatur necessario super nullitate pronunciare, ibid. Et quid si fuerit petitum prouideri super nullitate, ibid. Officiales Baronum habent laxiores habenas in faciendis compositionibus in Regno prædicto, quam Officiales Regij.
51 Pacem exposcentes per vim, & metum in statu ecclesiastico incurrun pœnam læsæ Maiest. Officiales Baronum in d. Regno, an possint commutare pœnam mortis inconsulto Prorege, num. eod. Et quid debeant considerare, dum componunt, num. eod. Compositio nō potest fieri in d. Regno in crimine blasphemiae, & sodomiae, num. eod.
52 Princeps an possit gratiare qui ad pœnam corporalem, & interesse publicum sine pace. Gratia facta sine pace parti, non nocet, nec iuribus suis, num. eodem.
53 Reus obtinens gratiam sine pace, debet exulare à loco delicti.
54 Gratia intermissa, an & quando gratiatus possit puniri.
55 Et à quo iudice sit approbanda. Compositio non potest fieri in atrocissimis inconsulto Principe, nu. eod. Compositio non debet fieri eum illis, qui pluries delinquerunt num. eod. Compositio cum famosis latronibus non potest fieri in Regno Neapol. num. eod.
56 Restituito gratiosa quae dicatur, remissiuè.
57 Restitutus a Principe recuperat bona prohibita alienari pro familia ad familiam deuota ob confiscationem.
58 Etiam quod sit restitutus sine alterius præiudicio.
59 Gratia quomodo probetur.
59 Exemptus a banno quando ad famam restitutus intelligatur.
60 Gratia simpliciter facta, censeatur facta secundum stylum gratiantis.
61 Dispositio omnis capit interpretationem à solito.
62 Rescriptum Principis de bonis alienatis an extendatur ad bona acquisita per Baronem.
63 Et an ad bona feudalia, & emphyteutica.
64 Et quomodo sit faciendae, vt comprehendat bona alienata.
65 Et an sit opus noua apprehensione possessionis. Gratia quando trahatur ab bona alienata, remissiuè, ibid.
66 Et an ad fructus perceptos ex bonis publicatis.
67 Et an si trahatur, fiscus teneatur ad restitutionem pretij, fructus, & de euictione.
68 Et quid si Princeps ea bona douauerit, & donatarius ea vendiderit.

Vsus.

- 69 *Vsus fructus amissus per confiscationem, an recuperetur per restitutionem, & gratiam.*
- 70 *Restitutio plenissima an extendatur ad bona alienata. Potestas Principis est absoluta, & ordinaria.*
- 71 *Gratiam petens non dicitur fateri delictum.*
- 72 *Impetrans gratiam pro secundo homicidio an debeat facere mentionem primi.*
- 73 *Gratia quando dicitur subreptitia, remissive.*
- 74 *Et quando ex taciturnitate videtur.*
- 75 *Et quomodo videtur ipso iure, ibidem.*
- 76 *Et quid si in gratia adsit clausula, quod de subreptione, & obreptione dicitur non possit.*
- 77 *Gratia Principis festo Natalis, & Pascatis tollit vitia subreptionis, & censetur motu proprio.*
- 78 *Littere quare dicantur obreptivae, & quare non valeant.*
- 79 *Subreptio ex facti expressione generali non evitatur, nisi exprimitur modus.*
- 80 *Generalis locutio non redditur subreptitia, licet in aliqua minima specie non verificetur sub genere inclusa.*
- 81 *Subreptio omnis in gratiosis videtur ipso iure.*
- 82 *Clausula ut petitur, ex certa scientia, motu proprio, non obstantibus, quando tollant subreptionem, & quid operentur, remissive.*
- 83 *Et quid si in gratia non dicatur ad postulationem, sed postulatio gratiam procedat.*
- 84 *Gratia signata, fiat, ut petitur, non dicitur signata motu proprio.*
- 85 *Et quid si Papa manu propria scripserit motu proprio, & asserat se facere ad instantiam partis.*
- 86 *Impetrans an teneatur probare exposita esse vera, vel exemplis opposita.*
- 87 *Gratia obtenta non expressa qualitate delicti, ob qua Princeps potuisset non concedere, est nulla.*
- 88 *Qualitates an sint narrandae, remittitur arbitrio Iudicis.*
- 89 *Impetrans remissionem pena iam soluta debet narrare, se iam soluisse.*

ADDITIONES Ad Quaest. LIX.

Alia est defensio, Farin. vol. 1. sua praxis, tit. de inquisitione q. 6. Rossi.
Alia est defensio, Ad de, quod stante decreto regio, siue statuto, quod quis non possit, de certis delictis in eodem decreto expressis per Regem, siue Principem, vel eius locum tenentem generale, & alios quoscunque Regios Officiales, & Ministros absolvi, aut guidari cum clausula, quod si contra decretum sunt gratiae delictorum, & guidatice sint ipso facto nullae, & nulla: absolutus, siue guidatus per Regem, seu eius locum tenentem de delictis in dicto decreto absoluti, & guidari prohibitis, de dictis delictis non debet puniri, sed est relaxandus, ne sub fide regia sit deceptus, ita decisum fuit per Regium consilium Cathaloniae, ut attestatur Peguer. in quaestio. crim. cap. 39.
 Item quod bannitus pro crimine, ex quo irrogatur infamia, si cancellatus fuerit a banno ab habente potestatem, nulla facta mentione restitutionis, ad famam intelligitur restitutus, maxime si bannum sit in contumaciam latum, & non in contumaciam per alium genus probationis, quam per contumaciam; & nisi cancellatus fuerit ex eo, quod poenam soluerit, & ita late per Alexandrum in consilio 112. volum. 2. & an gratias de delicto censentur etiam restitutas ad famam, Jhonores, & dignitates, quod vide omnino, Oddum de restitutione in integrum 2. quaestione nonagesimasecunda, cum sequentibus. Ghirland. de relaxat. carcer. tit. de benefic. & indul. princ. quaestione prima, & quaestione sexta, & Roland. consil. qua-

- 89 *Item etiam causam, ex qua poena fuit imposita.*
- 90 *Gratia in crimine laesae Maiestatis non valet sine clausula, Motu proprio.*
- 91 *Iudex non potest dicere indulgentiam Principis presentanti, quod fateatur delictum, alias non videtur.*
- 92 *Narrans in precibus se non animo deliberato homicidium commississe, si ex actis contrarium potius appareat, potest torqueri pro veritate sine ipsius iniuria, nisi alio modo vellet per ipsum ostendere, exposita esse vera.*
- 93 *Iudicis comprehendendi delicta tempore concessionis nondum detecta.*
- 94 *Et an comprehendat delicta futura, remissive.*
- 95 *Delictum futurum non potest per Principem remitti.*
- 96 *Restitutio finita guerra exceditur etiam ad mortuos.*
- 97 *Delinquens sub spe impunitatis non est tutus. Abolitio quid sit, & quotuplex, nu. eod. Barones in Regn. Neapolitan. an possint facere indultum in eorum statu, nu. eod. Et quando, quibus ex causis, & quomodo, nu. eod. Indultum Reg. an extendatur ad vassallos Baronum, n. eo. Indultus priuatus quid sit, nu. eod.*
- 98 *Abolitio, & indulgentia in quo differant.*
- 99 *Remissio generalis an extendatur ad crimen falsi, & quando, & nu. 102.*
- 100 *An ad homicidium commissum proditorie.*
- 101 *An ad crimen laesae Maiestatis.*
- 102 *An ad solitos delinquere, & iterum gratiatos.*
- 103 *Abolitio generalis quae delicta comprehendat. Et an delicta commissi in officio, nu. eod.*
- 104 *Et an crimen assassinij.*
- 105 *Et an extendatur quod ad restitutionem rei ablatae.*
- 106 *Indultus de omnibus delictis praeteritis, intelligitur parte concordata.*
- 107 *Abolitio, & indulgentia quomodo differant, remissive.*
- 108 *Remissio generalis an extendatur ad carceratos.*
- 109 *Abolitio s effectus, remissive.*

dragesimoquinto, numero tertio, volumine quarto.
 Item adde, quod Princeps non potest remittere poenam parti offensa applicandam; Grammat. consil. 34. & plenè Menoch. de arbitrat. quaestione 99. quando poena debetur de iure naturali, vel gentium: sed si poena debetur de iure civili, vel municipalis, vel ex privilegio Principis, tunc valet remissio. Menoch. de arbitr. iudic. in 5. centur. vltimo impressa in cas. 447. numer. 17. sed in casibus, quibus Princeps non potest remittere poenam applicatam parti, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audientiam, ut tenent ferè omnes in l. Gallus, §. quod si tantum, & late comprobatur Curtius iun. in consilio trecentesimo decimo, numero septuagesimosecundo, cum sequentibus, volumine tertio, & ad praedicta, vide omnino Addentes ad consilium Bertazzoli centesimum sexagesimum tertium, volumine 1.
 Item quod si sunt duo Domini, quorum vnus ex conventionione habeat regimen, ut puta pro duobus annis, non potest poenam remittere bannitis, seu condemnatis ante dictam conventionem, & dicti banniti non erunt tuti finito biennio, sed poterunt molestari, secundum Rumin. iun. consilio 33. per totum, vol. 1.
 Item adde, quod iudex non potest, impetrata indulgentia à Principe, dicere Reo fatearis prius delictum, alias nolo, ut indulgentia Principis vti possis, Afflictus in capitulo primo, §. naturales in quarto notabil. si de feudis fuerit controversia inter Dominum, & Agnatos, & Gabriel communium opinionum libro septimo, de malefic. conclusionem vigesimam tertiam, in fine.
 Item quod adde, quod gratia Principis, licet quantum ad validitatem non requirat scripturam, tamen quo ad probationem requirit, & per testes probari non potest, Bossi. de remd. ex sol. clem. Princ. num. 54. Boer. decif. 348. num. 5. Cott. in memorab. in verb. gratiam à Principi, Nat. in consil. 402. numer. 31. & in consil. 420. numer. 11. reddit rationem, quare gratia requirat scripturam ad probationem, sed qualitates gratiae possunt probari per testes. Abb. in c. auditis in 2. not. de testi. in integr. & Felyn. in cap. 2. colum. 7. de probat. & Soc. consil. 287. Rot. decif. 231. Bellam. deci. 746. sed vide etiam Callan. super consuet. Burg. fol. 137. num. 180. & ibi numer. 185. attestatur, quod fuit admissa probatio gratiae per testes; & dicitur etiam, quod gratia facta ab inferiori potest regulariter probari per testes; vide etiam infra, versicul. quarto nanquid. sed ad praedicta videndus est Ripa in rubr. de consil. num. 51. cum seq. ut dicit, quando gratia non est contraria, sed secundum ius, potest probari per testes, & similiter si agatur de probando tenorem gratiae simul scriptae, sed casu ammissae: & quod etiam probari potest plus fecisse dictum, quam scriptum.
 Item quod adde, quod gratia facta mediante pecunia verè dicitur gratia, non obstante pecunia, gratia praeponderet, Soc. in consil. 4. colum. 2. volum. 2. Cur. sen. consilio 49. colum. 3.
 Item adde, quod gratia Principis capta pecunia reuocari non potest, ex quo transit in contractum reuocabilem, Bald. in l. qui se patris, C. vnde liberi, versic. hoc fecit Rom. iung. 457. an iudex, Felyn. in cap. 1. de probat. & Brun. consil. feud. 12. colum. 10.
 Item quod adde, quod gratia facta bannito, licet sigillo non fuerit insignita, tamen sub clipeo litterarum reuersus non debet decapitari; & potest curare, ut sigillum apponatur impune. Mandos. in gl. ad officium cancellariae in §. ut proprium in gloss. sigillum col. 6. pag. 311. vbi dicit, euasisse quandam à poena mortis: & in hac materia gratiae vide omnia D. Odd. in tract. de rest. in integr. q. 92. vbi plene.
 Item adde, quod si gratia tantum verbo conceditur, aut fiat, non reuocatur morte concedentis, sed debent litterae fieri tempore successoris, faciendi mentionem de concessione praedecefforis; & est hodie practica in Curia Romana, ut si Pontifex, qui fecit gratiam, moriatur ante bullas expeditas, successor concedat bullas, & super hoc adest reg. cancellariae, quae est octaua in ordine, incip.
 Item voluit, quod concessa per praedecefforem, & ad praedicta vide Callan. in consuet. Burg. fol. 237. numer. 180. cum seq. vbi late. Baiard.
 Et haec quidem. Cartar. de execut. sentent. cap. 3. nu. 58. & 60. Ros.
 Et haec quidem. Adde, quod si Princeps omnes poenas remittere potest, ita quoque per contractum illas augere potest, & maiores inducere, Alciat. in l. quos nos hostes, ff. de verb. sig. & Soc. iun. consil. 68. num. 8. vol. 3. & in his litteris Princeps voluntati, etiam quod inordinatè processerit, seu procedi iusserit ad poenas capitales, ut late idem Socin. in consil. 92. vol. 2. & qui non vult stare eius voluntati, contrarium faciat, si potest.
 Item adde, quod gratia à Principe concessa pro delicto in suo territorio commisso, non liberat delinquentem à poena in alio territorio imponenda, Oldr. consil. 73. & Boss. in tit. de foro compet. numer. 85.
 Item adde, quod si Plot. in consil. 73. num. 45. vsque ad finem, mulum eleganter tenet, quod Imperator, Rex, nec alius Princeps non potest facere gratiam, nec liberationem poena mortis homicidae, quia in iudicio deliberato occiditur, etiam si vultas publica suaderet, & quod pacem, & remissionem ab of-

fero obtinuerit, de quo vide ea, quae nouissime tradit Farin. quaest. crim. in q. 6. num. 15. cum seq. vbi latissime de hoc articulo tractatur. Baiard.
 c. Penas remittere. Farinac. tit. de inquisit. d. q. 6. volum. 1. num. 1. Ros.
 Et dixi, quod potest princeps, quia ad ipsum solum spectat gratias facere delictorum licet de facto, vel de consuetudine barones seruent contrarium, ut dicit Iacob. de Beluis. in pract. crim. in tit. de sentent. crimin. numer. 10. in fin. Bald. in leg. seruos, Codic. ad leg. Iul. de vi. pub. quem refert Boss. in tit. de remed. ex sola clement. numero 18. licet tamen, quando bannitus plures alios bannitos apprehenderit, & eos ad Ciuitatem conduxerit, à qua ipse, & alij erant banniti, tunc enim (solum Iudex poterit rebannire; tex. est singularis in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. quem notat Roman. iung. 538. nullus, Menoch. de arbit. iud. q. 92. numer. 5. cum seq. & Farin. q. crim. q. 6. numer. 10. cum seq. vbi posuit multas amplationes, & limitationes, ut Iudex possit gratiare bannitos. Baiard.
 e. Barones seruent contrarium. Adde, quod penes istos Regulos, seu feudatarios inoleuit practica, quod quando eorum Potestates relegant aliquem ad tempus, ut est infr. q. 71. versic. fin. subiungunt clausulam, Plus & minus arbitrio prelati D. Feudatarij; nam alias, non seruata sibi tali facultate, sicut augere, ita nec minuere bannum possent, ut est dictum Bart. quem citat Ias. in l. centesimas, §. si ita stipulatus, in fin. ff. de verb. oblig. Aduerte tamen feudatarij Potestas, quod facta condemnatione ad mortem non potest facere gratia feudatarius tuus, sed superior Princeps, ut hic, alias dicit Iohes; Quod aboluere, & condemnare sub eadem specie iuris, ut per Dec. in l. memo qui condemnare sub num. 4. ff. de reg. iur. & quod princeps non recognoscentes superiores possint restituere, & gratiam facere Alciat. tract. de praesumpt. reg. 3. praesumptione octaua, in princ. adde dicta per Dec. in l. Bona fides, numer. 5. cum seq. ff. de reg. iur. quae sunt ad materiam praesentis quaestionis. Drogh.
 Barones seruent contrarium. Adde, quod Princeps habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem in causa capitali, post sententiam non poterunt facere gratiam, Iacob. de S. Georg. in tractat. de feud. in gloss. cum mero, & mixto imperio numer. 9. & an consuetudo tribuat hauiusmodi iurisdictionem grauiandi, & an praescribitur, cum sit de regalibus, vide Callan. in consuet. Burgun. fol. 242. numer. 12. cum seq.
 Item adde, quod Princeps in Regno Neap. omnes ferè Barones habent privilegia grauiandi, siue componendi delicta vassalorum ante sententiam, quando adest partis remissio, exceptis Princeps Bisignani, qui habent potestatem etiam parte non concordata, & dicta privilegia interpretantur, ut etiam post sententiam componere, vel indulgere possunt, pen. dente Princeps tamen appellatione quamuis appellatio introducta fuisset in magna Curia Vicariae, si Barones habent primas, & secundas causas, ita Franch. in decisione 370. volum. 2. & faciunt tradita per Plac. in epitom. delict. libro primo, cap. 39. numero 27. & 28. Sed aduertendum est, quod Barones non habent originem criminis laesae Maiestatis, haereticis, & falsae monetae in quibus delictis se nullo modo intromittere possunt, cum sint de referuatis Principi, etiam quod in privilegijs referuata non fuissent, ad late tradita per Ifern. & Afflictum in titulo quae sint regalia, de vltibus feud. & de crimine fiodomiae, & blasphem. a Dei, Iesu Christi, & glorio-
 sissimae Virginis componere non possunt, per Reg. nouell. pragm. Regis Philippi incipient. Con grandissi nu ragione, fol. 437.